8000

Piotraszki Donatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Joannes olim Nicolai Piotraszko sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia nobili Martino filio Pauli Piotraszko et ipsius posteris bonorum in haereditate Piotraszki sit tres sulcos a via Rzepiczna ad metam Disiewicz tenden. inter metas sui recognoscen. et Kuroszowicz iacen. In alio loco duos sulcos a via qua itur de villa ad graniciem Domanowska tenden. inter metas Swiatczynska et Bieniaszkowski iacen. Item in tertio loco quatuor sulcos a via Jabianowicz ad graniciem Domanowska tenden. inter metas sui recognoscentis ex utraque parte iacen. Item in quarto loco cuneum a pariete communi versus Proszanka ad graniciem Proszenska tenden. inter metas Seraphini Prochno et successorum Quikowo iacen. cum agris pratis et omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen. et pertinentijs nullis exceptis perpetuis temporibus dedit donavit et inscripsit. Cui iam exnunc Intronem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mlem et Ntes duos officiose acceptan. dat et admittit. Pacemque tuitionem et Evictionem omnimodam ratione praemissorum ab omni impedimento iuridico per omnes praescriptiones Tres cavet sub damnis Tribus simpliciter taxatis et edicendis et coram officio praesenti peremptoria responsione sine ulla Dilatione motione appellatione diffugio quovis ac Exceptione.

Kamienski Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens nobilis Josephus filius nobilis Joannis Holonka G[illegible]owski sanus mente et corpore exns palam et libere recognovit. Quia nobili Petro et Stanislai Kamienski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu inscriptione certa super bona Kamienskie Jaszki sibi recognoscenti per nobilem Mathiam olim Sigismundi Kamienski coram Actis Trrbus Dragsen. feria secunda in Vigilia Festi Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum in Anno Millmo Sexcentesimo Quadragmo secundo proxime transacto modo perpetuae donationis facta et recognita cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis sua ac parata Intromissione possessione tuitionis Evictione et ligamentis in originali Inscrone contentis ac cum omnibus utilitatibus nullis exceptis cedit et condescendit omneque et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit. Intromissionem illi exnunc realem cum actuali ac pacifica possessione per Mlem et nobiles duos offose acceptandam admittendo.